



*cre descendentes in lacum.
Audiam fac mihi mane misericordiam
tuam: quia in te speravi.
Notam fac mihi viam in qua ambulem:
quia ad te leuavi animam meam.
Erripe me de inimicis meis: Domine, ad te
confugi: doce me facere voluntatem tuam
quia Deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet me in terram
rectam: propter nomen tuum Domine, vult
ficabis me in equitate tua.
Educes de tribulatione animam meam
et in misericordia tua disperdes omnes
inimicos meos.
Et perdes omnes qui tribulant animam
meam: quoniam ego seruus tuus sum.
Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semper &c.
Ant. Ne ramiscaris Domine, delicta
nostra, vel parentum nostrorum, neque
vindictam sumas de peccatis nostris.*



*Domine, non secundum peccata nostra,
quae fecimus nos, neque secundum iniqui-
tates nostras, retribuas nobis.
Domine, ne memineris iniquitatum nos-
trarum antiquarum: cito anticipent nos mi-
sericordiae tuae, quia pauperes facti su-
mus nimis.
Adiuua nos Deus, salutaris noster et
propter gloriam nominis tui Domine
libera nos, et propitius esto peccatis nos-
tris, propter nomen tuum.
Opera manuum tuarum, Domine ne despicias.*



LE DIMANCHE A VESPRE S.
Pater noster. Ave Maria &c.
Deus in adiutorium
Dñe ad adiuvandum me festina.
Gloria Patri.
Antienne Dixit Dñs.
Au temps de Pâques Alleluia.
Dixit Dominus Domino meo: Sede
a dextris meis.
Donec ponam inimicos tuos: scabel-
lum pedum tuorum.
Virgam virtutis tuae emitet Domini?
ex Sion: dominare in medio inimico-
rum tuorum.
Tecum principium in die virtutis tue
in splendoribus sanctorum: ex viro
ante luciferum genui te.
Iuravit Dominus et non paenitebit
eum: Tu es sacerdos in eternum secun-
dum ordinem Melchisedech.
Dominus a dextris tuis: confregit
in die ire suae reges.
Iudicabit in nationibus implebit
ruinas: conguassabit capita in ter-
ra multorum.
De torrente in via bibet: propterea ex-
altabit caput. Gloria Patri &c.
Añe Dixit Dominus Domino meo:
Sede a dextris meis.
Añe Fidelia. Psealme 110.
Confitebor tibi Domine in toto corde meo,
in consilio iustorum et congregatione.

